Quelle: http://manuscripta.at/?ID=9001
Copyright: Melk, Benediktinerstift



D.LX.

D.LXI. Hildibertus rex filius clodouei anni regno .xl. moritur. & parisius ad sanctum uincentium sepultus est.

D.LXII.

D.LXIII. Iustinianus imperator obiit.

D.LXIIII. Iustinus minor annis .xi. Sanctus columbanus presbiter & abba de hibernia ueniens. brittannis uerbum dei predicat.

D.LXV.

D.LXVI. Hoc tempore narses patricius totilam regem gothorum uictum occidit. Theodobaldus gothos quosque italia expulit.

rex francie

Narses patricius & eunuchus bellator egregius pater pauperum monachorum regem gothorum flagellum occidit & gothos de ytalia expulit thesaurum multum congregauit & abscondit cui sophia imperatrix in alia uerba contumelie sic dixit fauam fusare

theodobaldus

D.LXVII. Rex filius theodobertus anno regni .vii. moritur. debes & pensa diuidere quod theuthonice dicitur kemme quia uir esse non uales Narses respondit Et ego talem telam tibi procurabo ordiri quod quidem uiues numquam depones Secessit igitur neapolim & scripsit longobardis ut cum armis & omni familia in ytaliam perpetrarent

D.LXVIII. Narses patricius qui gothos expulit a iustino offensus longobardos in italiam fecit uenire.

D.LXVIIII. Sanctus Vedastus obiit.

D.LXX. Sanctus Benedictus uirtutum pater & monachorum dux. postquam in Sublacu xxxiiii annis. deinde ad casinum castrum pergens. & constructo ibidem monasterio .xii. annis prefuisset. illic in pace quieuit. Ac ibidem apud sororem suam Scolasticam sepultus hodie manet.

D.LXXI. Hoc tempore Iohannes papa ecclesiam Philippi & Iacobi apostolorum quam predecessor eius pelagius cepit ipse perfecit.

Id pelagius papa constituit tantum .ix. prefaciones. scilicet de natiuitate domini. de epiphania. de uerbo. de resurrectione. de ascensione. de penitentia. de trinitate. de sancta trinitate & de apostolis. sed urbanus sanctus constituit decimam prefacionem de beata uirgine maria

D.LXXII.

D.LXXIII. Lotharius filius clodouei magni anno regni .l.i. moritur. & suessionis ad sanctum Medardum sepelitur.